Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



secundum duo principia operationis habet aqualitate actiua
uel passiua que in ipso est Alia autem habet principium
sue operationis a forma substanciali et a tota substan-
cia sue materie et spiritus Et prima quidem venenum spes operatur
quatuor modis Aut enim est corrodens putrefaciens
excitare caloris in humido quale venenum est lepus
marinus aut inflammans calefaciens ex calore con-
uertente ad se humidum subtile quale venenum esse dicitur
euforbium aut infrigidans stupefaciens ex frigiditate
mortificante collente sensum sicut dicitur esse opium aut
opilans vias anhelitus in corpore ex grossitudine
frigide substancie que a nimie actuale habet quale venenum
dicitur esse plumbum adustum Efficiens autem a tota
substancia est sicut gummi napelli et sicut fel leo-
pardi et hec sunt venena deteriora quam priora Am-
plius venenorum quedam sunt super vnum aliquod mem-
brum operantia principium Quedam autem operantur super
totum corpus Aliquod enim destruit vesicam et aliquod
destruit pulmonem Et aliquod destruit totum corpus Ex
hys autem colligitur quod non est necessarium quod venenum quod in-
terficiat cum permutacione complexionis aut cum permu-
tacione putrefactione Aut operando super vnum aliquod mem-
brum interficiat scatim sed consequens est quod quanto diu-
cius est in corpore tanto sit operatio eius peior et
difficilior Salus autem et euasio actu veneno non
est nisi aut exeo quod resoluit ipsum venenum aut per
consumpcionem aut per sudorem aut per vomitum Aut
est per accidens contrarium ipsi veneno Est autem val-
de considerandum quod venenum aliquando iuuatur
ad nocendum per complexionem calidam cordis et
aliquando impeditur Si enim sit venenum frigidum et
grosse substancie et habet qualitatis et sit cor calidum
et vie ample arteriarum tunc calor cordis subti-
liat ipsum et tunc citius trahunt ipsum arterie calore
et motu suo et ideo citius non alteratur per calorem
digestiuum et non attrahunt ipsum vie nisi iam digestum
et tunc non interficit eo quod alteratum sit prius antequam
ad cor attingat Insuper aut sit calidum sit venenum
et cor calidum et vie ample citissime antequam alteratum
possit attrahitur et interficit Si autem frigidum sit
et cor et vie stricte aliquando alterat et liberat a morte al-
Aut si tante frigiditatis quod alterari non potest iacet et pu-
trefacit substanciam corporis Hinc est quod galienus dicit ve-
nenum esse hominis et cibum tardi et passis Quia tur-
dus cor habet frigidum et vias artas et ideo alteratur
in tardo venenum cibi alteracione et non in homine
Et ideo est quod aristoteles narrat puellam nutritam veneno
primo enim accipit parum et postea plus donec consueuit

venenum sicut cibum alium puella enim fuit calidi
cordis et strictarum venarum Inquam venenum reso-
lutum alteratum est digestione cibi continue an-
quam possit ad cor attingere et ideo sic permutatum
facta est venenosa quia saliua et ceteri humores
eius omne interfecerunt appropinquans eis et qui coierunt
cum ea mortui sunt Et hoc etiam narrat medicus
rursus et non semel factum hoc sed sepius Signa autem
horum venenorum in hys qui sumpserit ea sunt Ista
Si enim sentiatur mordicatio et corrosio et puncture et
incisio tunc stitur esse venenum calidum acutum Si autem
accidit inflamacio vehemens et exuberacio sudoris
et rubedo oculorum et angustia et sitis significatur esse
venenum calidum valde Si autem accidit infirmitas
somni et stupor et frigus sed venenum esse frigidum
Si autem non apparuit nisi casus virtutis et sudor frigi-
dus et sincopis sed esse deveneris que a tota substan-
cia operatur et hec sunt deteriora omnibus alys sicut dixi-
mus nuper Et in omnibus hys est nocumentum si diu
manet in corpore quia timendum est quod ad cor de-
veniat quod patet per studia medicorum qui faciunt vomere
iterum atque iterum eum qui sumpserit venenum et dant
tiriacas et mecdatum et alia huiusmodi que impediunt
venenum ne ad cor deveniat Omnes autem iste venenorum
operationes et multo plures sunt in accidentibus serpentum
et ex hys sunt natura venenum eorum hec albertus

Secundum inductas venenum operationes Intres
ordines diuiduntur serpentes ab antiquis
gretorum sapientibus dicunt enim quosdam esse acui-
tatis vehementissime quorum morsus curam non reci-
pit et infra tres horas interficit Et quidam sunt acui-
tatis medie Et quidam sunt quorum morsus est in-
firmus eo quod habent venenum de quo sit curandum licet
vlcus faciat et in flacione suo morsu Acuitatis
autem medie sunt quorum morsus interficit ab vna
usque ad 7 horas In ordine autem primo est serpens
vocatus regulus qui grece basilistus quod regulum
sonat vocatur et serpens qui vocatur yrundo eo
quod calor similis est yrundini Regulus enim visu et
auditu sui sibili interficit yrundinis autem longitudo
est quasi cubiti vnius et interficit ante duas horas
et eiusdem ordinis est serpens dictus aspis sicca propter
vehemenciam siccitatis sue cutis Et est in quantitate longitudinis
sue a tribus cubitis usque ad 4 et color eius est decli-
nans ad aureitatem et oculi eius lucent valde quasi car-
bones ignis et interficit ad duabus horis usque ad tres
in decem etiam ordine est serpens qui vocatur exspuens
eo quod interficit per sputum suum et commixtis dentibus